



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

348. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

340 REGINONIS LIB. II.
ingenuus sive servus sit, morte puniatur.

Ne Judæo Christianum mancipium habere
liceat.

CCCXLVI. Convenit diligenter obser-
vare ut nulli Judæo servum Christianum ha-
bere liceat, nec ad suam legem transferre pra-
sumat.

DE INCANTATORIBUS, MALEFICIS,
ET SORTILEGIS.

De his qui divinationes expetunt.
Ex Concilio Ancyrano.

Concil. An-
cyr. c. 23.
Halitgar. lib.
4. c. 25.
Hincmar. de
divort. Lo-
thar. in res-
pons. ad inter-
rogat. 17.
Burchard. lib.
10. c. 5.

CCCXLVII. Qui divinationes expe-
tunt, & more gentilium subsequuntur, aut in
domos suas hujuscemodi homines introdu-
cunt, exquirendi aliquid arte malefica aut ex-
piandi causa, sub regula quinquennij jaceant,
secundum gradus pœnitentiæ definitos.

Ex Concilio Bracarensi.

Concil. Bra-
car. 2. c. 71.
Hincmar.
ibid.
Burchard. lib.
10. c. 6.

CCCXLVIII. Si quis, paganorum con-
suetudinem sequens, divinos & sortilegos in
domum suam introduxerit, quasi ut malum
foras mittant, aut maleficia inveniant, quin-
que annos pœnitentiam agat.

Ex dictis Gregorij Papæ.

Concil. Rom.
sub Gregor. 1.
Burchard lib.
10. c. 23.

CCCXLIX. Si quis ariolos, aruspices,
vel incantatores observaverit, aut filacteris
usus fuerit, anathema sit.